



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 4. Quando licitum sit baptizare sub conditione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Qu. 66. De pertinentia ad Sacram. Baptismi. A. 9. D. 4. A. 10. I. D. 1. 43

Respondeo Negando Consequentiam: Quia hic, cum sit semel baptizatus, non est amplius capax Sacramenti Baptismi; ille vero, cum non sit ante ordinatus, est capax Ordinis.

D V B I V M I V.

Quando licitum est baptizare sub conditione?

R Espondeo, & dico Primò, Quando moraliter constat de externo Sacramento; & nulla est probabilis ratio dubitandi de intentione ministri, non licet sub conditione iterare. Est communis Doctorum recentiorum. Vide Sotum dist. 3. ar. 9. vbi etiam reprehendit consuetudinem Parochorum, qui baptizatos domi ab obstetricibus, postea rebaptizant sub conditione: deberent enim inquirere modum facti; et si ritè factum constaret, supplere cærenomas. Idem tenet Nauarrus suprà. Ratio est: Quia, quando moraliter constat de re ipsa, conditio tanquam impertinens, censetur non apposita, quod ad culpam attinet; vnde censetur quasi absolutè rebaptizare; quod non est paruum sacrilegium. Quod fit, vt adulti inter Christianos educati, ob nullum scrupulum debeant rebaptizari, etiam sub conditione: vt patet ex Capite *Venientia de Presbytero* non baptizato; talis enim credendum est baptizatus. Si vñus teſſis. similiter, si vñus testis oculatus, de quo non est ratio dubitandi, affirmet; vt Sotus ait. Vide Concil. Africani cap. 39. & Can. Placuit, de Confirmatione dist. 4.

Dico Secundo, Quādō est probabilis ratio dubitandi de Sacramēto, siue dubiū sit facti, siue iuriis; & per inquisitionē non potest aliquid certi haberi, debet sub conditione repeti. Patet hoc totum ex Capitulo *De Baptismo & eius effectu*. Ratio est: Quia periculum salutis id postulat; & aliàs nulla sit iniuria Sacramento. Nam periculum salutis, & conditio apposita censetur omnem irreuerentiam excludere.

ARTICVLVS X.

Vtrum Ritus, quo Ecclesia in baptizando utitur, sit conueniens.

De hoc infra quest. 71.

ARTICVLVS XI.

Vtrum conuenienter describantur tria Baptismata?

R Espondetur; Tria esse baptismata, *Aqua*, *Flaminis*, & *Sanguinis*. Est communis Doctorum in 4. dist. 4.

Notandum, Propriè vnicum esse Baptismum, scilicet *Aqua*. Ad Ephesios 4. v. 5. *Vna fides, vnum Baptisma*. Reliqua duo per Metaphoram sic appellari ratione effectus, quia vicem baptismi aquæ interdū supplet, & peccatum originale abluiem. Baptismum *Flaminis* aliquando supplere vicem Baptismi aquæ, ostenderet infra. Nunc pauca de Baptismo *Sanguinis* dicenda. De quo

No tandem Primò, Martyrium vocari Baptismum *Sanguinis*; non quādō vñā cum sanguine el-

fluat aqua, qua Martyres baptizentur; aut quādō Cut Mar. oporteat re ipsa sanguinem effundere, vt quidam tyrium di- voluerunt (contra quos Hugo lib. 2. de Sacra- mentis parte 6. cap. 7.) sed quādō plerumque san- guinis.

quis effundi soleat. Qui tamen laqueo vel igne perimitur, vel aquis mergitur propter Christum, verè accipit baptismū *Sanguinis*, si antea baptiza- tus non erat. Quādō addo, Quia martyrium non habet rationem baptismi, nisi quando eius vicem supplet.

No tandem Secundò, Martyrium non esse Sa- cramentum, contra Ioannem Maiorem. Quia Cur Mar. non est remedium ordinarium ad nostram sancti- tyrium nō fi Sacra- ficationem institutum, neque ceremonia ad Deum mentum, colendum: quorum vtrumque ad rationem Sa- cramenti requiritur.

D V B I V M I.

Vtrum Infantes sanctificantur Baptismo Sanguinis, seu Martyrio?

A Lexander Alensis 4. par. qu. 22. membro 5. docet Baptismū *Sanguinis* solis adultis pro- Opinio desse. Idem sentire videtur Richardus Armaca- negans est nus lib. 8. qq. Armeniacarum cap. 37. & Adria- temeraria. nus quæst. de Baptismo art. 5. vbi dicit, non esse certum, infantes illos, qui ab Herode occisi sunt, esse salvatos, si qui ante circumcisii non fuerant; pī tamē id credi. Verū certō tenendum in- fantes hoc Baptismo sanctificari, & salutem eter- nam consequi. Contrarium temeritatis notam meretur.

Probatur Primò, Ex consensu totius Ecclesie, sententia que iam inde à temporibus Apostolorum cele- affirmans brat festum Innocentium; non quia circumcisii ex con- (sic enim potiori iure deberet celebrari festum senfu Re. infantium qui nunc moriuntur post Baptismum) clifix. sed quia Martyres. Confirmatur; Quia vocat eos Martyres Ecclesia, & officio Martyrum honorat; quod non faceret, nisi ex Apostolica traditione constaret verè tales esse.

Probatur Secundò, Ex Patribus. Origenes ho- milia 3. in varios locos Euangelij. Horum memo- ria semper, vt dignum est, in Ecclesia celebratur, vt pri- morum Martyrum pro Domino occisorum. D. Auguſtinus lib. 3. de libero Arbitrio cap. 23. dicit Eccle- siam eos in honorem Martyrum receptos vene- rari. Idem exprefse Leo sermone 1. de Epiphania: *Quibus Christus nondum sanguinis sui impedit redem- ptionem, iam Martyrī tribuit dignitatem*. Et serm. 2. ait, *Etatem illam aptam fuisse Martyrio*. Omitto alios Patres in homilijs de Innocentibus. Vide Bernardum sermone de Innocentibus & Epistola 77. ad Hugonem. Ratio præcipua est diuina vo- luntas. Congruentia est; Quia decebat, vt illi, Congruetia qui propter Christum occiduntur, mortis eius tia.

maximè essent participes: nam maximè Christo pro nobis morienti assimilantur, à quo omnis nostra sanctificatio manat. Videtur tamen martyrium habuisse hoc priuilegium etiam ante incarnationem: Nam Patres simili modo extollunt Martyrium Machabæorum; vt patet ex Nazian- zeno. Dices; Concilium Tridentinum sessione 7. can. 4. affirmat Baptismum omnibus ad salutē esse necessarium, vel re ipsa, vel in voto: Atqui infantes illi neutrū habent: ergo non possunt saluari. Respondeo; Concilium loquitur ex- tra easum Martyrij: agit enim de remedij ad

D d iiiij primam

Baptizati
ab obſte-
rīcibus
non debent
ſub condi-
tione rebap-
tizari.

Si ſcrupu-
lus.

Si vñus te-
ſiſis.

Propri-
tanū
vñicū
baptifma,
aque ſeili-
cer.